⁊ infiniti. Et ſic de alijs rōnib⁹ ſuomodo.
Et hec demōſtratio eſt potioꝛ ꝙ illa de q̄d
⁊ de qr ⁊ illa de q̄d: ꝙ illa de qr. Hec enim
demōſtratio p eqparantiā maxime et ꝓ
pꝛiſſime fit in deo in q̄ mai⁹ ⁊ minus ſunt
īpoſſibilia. Sꝫ pōt fieri ſcđꝫ ſuas tres ſpēs
in his in ferioꝛib⁹: ī q̄libet ſuomō. Et iſtas
tres ſpēs demōſtratiōis dꝫ logic⁹ ſyllogi
ſtice: enthimematice: ⁊ exēplariter practi
care ꝓbādo ſuū ꝓpoſitū vno triū modoꝝ
vel duob⁹ vel oībus. ſcꝫ p ꝓpōnes ſimplr
neceſſarias: vt oē bonū ē magnū: oē ens ē
bonū: ꝫ omne ens eſt magnū. Vel p aliquā
neceſſariā ⁊ aliā nō neceſſariā: vt ois luxu
rioſus eſt pctōr: petrus ē luxurioſus: ꝫ pe
trus eſt pctōr. Vel p propōnes nō neceſſa
rias ſimpliciter: ſicut p authoꝛitates aut ī
iure p textus vel teſtes. Hec aūt probatio
pōt eſſe vera vel nō vera: qr pōt ſe habere
ad vtrūlibet. Ideoqꝫ dr non neceſſaria.

De floꝛibus arboꝛis logicalis equi
bus naſcitur fructus.

Argumenta
tio eſt totalis orō ex pͥmiſ
ſis ⁊ cōcluſione ſiue ex an
tecedente ⁊ ꝯñte cōpoſita.
Cuius q̄ttuoꝛ ſunt ſpēs. ſ.
ſyllogiſmus: īductio: enthimema ⁊ exēplū

De ſyllogiſmo.

Syllogiſmus eſt argumētatio ex trib⁹
veris ꝓpōnibus cōſtituta. ſ. pͥmo ex
maioꝛi ꝓpōne cōſtituta ex maioꝛi extremi
tate ⁊ medio: ſecūdo ex minoꝛi ꝓpōne cō
poſita ex medio iterum ſumpto ⁊ ex mi
noꝛe extremitate: tertio ex cōcluſiōe cōpo
ſita ex maioꝛi extremitate ⁊ minoꝛi. Que
ꝯcluſio dr directa qñ in ea maioꝛ extremi
tas pͥdicat̃ de minoꝛi. Sꝫ eꝯ eſt indirecta.
Cōditiōes ſyllogiſmi inter alias ſūt tres.
¶ Pꝛima ꝙ mediū ſtet eq̄ ⁊ indiſticte in
vtraqꝫ premiſſarum.
¶ Scđa ꝙ maioꝛi extremitati vel minoꝛi
nichil ſit additū incōuenienter nec ꝓ plu
ribus nec ꝓ alijs nec magis large ſumā
tur in cōcluſiōe ꝙ ſint menſurate in pͥmiſſis
p ipm mediū terminū. Et ꝙ neutra pͥmiſ
ſarū ſit ꝓpō multiplex. Et ꝙ fiat mutatio
accñtiū. ſ. caſus: gñis ⁊c̄. ſecundū exigen
tiā grāmatice. Et ꝙ ī pͥma figura nō ſit pl⁹
predicatum in minoꝛi ꝙ ſit ſubiectum di
ſtributum in maioꝛi.
¶ Tertia ꝙ ipſe ſyllogiſmus fiat in debi
ta figura ⁊ mō. Eſt aūt ſyllogiſmi figura:
debita terminoꝝ in pͥmiſſis oꝛdinatio ſ.
mediū ſubijciendo ⁊ pͥdicādo. Et ſūt tres fi
gure in ſyllogiſmis. vt ptꝫ p hunc vſum.
Sub: pre: pꝛia. Pre: bisqꝫ ſcđa. Tertia ſub
bis. Modus ſyllogiſmi eſt debita ꝓpōnū
oꝛdinatio in quantitate ⁊ qualitate.
¶ Modi pͥme figure ſunt: Barbara: Ce
larem: Darij: Ferio.
¶ Secūde ſunt. Ceſare: Cameſtres: Fe
ſtino: Baraco.
¶ Tertie ſūt. Darapti: Felapton: Diſa
mis: Datiſi: Bocardo: Feriſon. Iſte di
ctiōes declarantur his vſibus. Aſſerit. a.
negat. e. ſed vniuerſalr ambe. Aſſerit. i. ne
gat. o. ſꝫ particulariter ambo. Cōditiones
gñales ad oēs figās ſyllogiſmoꝝ ſūt qnqꝫ.
¶ Pꝛima ꝙ in oi ſyllogiſmo ſit aliq̄ pre
miſſaꝝ vl'is. Niſi ſit ſyllogiſmus demon
ſtratiuus ſiue expoſitoꝛius. Cuius mediū
eſt terminus ſingularis.
¶ Secunda ꝙ in omī ſyllogiſmo aliqua
premiſſarum ſit affirmatiua.
¶ Tertia ꝙ ſi aliqua pͥmiſſarum ſit par
ticularis: cōcluſio quoqꝫ ſit particularis:
ſed non econtra.
¶ Quarta ꝙ concluſione exiſtente nega
tiua: aliqua pͥmiſſarum ſit negatiua.
¶ Quita ꝙ mediū nō ponat̃ ī ꝯcluſione.

De inductione.

Induccio eſt argumētatio in qua ꝓ
cedit̃ ab inferioꝛibus ſufficienter nu
meratis ad illarū immediatam vniuerſa
lem. Et fit tribus modis.
¶ Pꝛimo ꝓcedendo a ſingularibus ad
ſuā vlēm. vt ſic. petr⁹ eſt aīal: guillermus
eſt aīal ⁊ ſic de alijs hoībus: vel: ⁊ nō ſunt
plures: ergo omīs homo eſt animal.
¶ Scđo ꝓcedēdo ab indefinitis vel ſin

gularibus ad ſuā vlem genericā. vt. hō ali
quo tpe fuit i archa noe: capra: gallina: et
ſic de aliis aialibus: ḡ oīe aial aliquo tpe
fuit in archa noe. Et hoc eſt verū ſi ly om
ne diſtribuat pro generibus ſingulorum.

¶ Tertio ꝓcedēdo ab vlibus inferioribꝰ
ad vlem ſuperiorē. vt. ois homo ē p nām
bonus: ois ouis: ois lupus: ⁊ ſic de aliis
aialibus: ḡ oē aial eſt p nām bonū. Et hoc
eſt verū tam ſi ly oīe tenetur ꝓ ſingulis
generum ꝙ pro generibus ſingulorum.

### De enthimemate.

Enthimema eſt argumētatio in qua
pmiſſa maiore vel minore nō expli
cata: inferꝛ immediate cōcluſio: vt oē ens
eſt amabile: ḡ magnitudo ē amabilis. Et
pōt enthimema fieri ſcđm quēlibet modū
cuiuſlibet figurę ſyllogiſmoꝝ dupl'r. ſcꝫ p
termittendo maiorē vel minorē. Et expli-
cata ꝓpone quę defuerit: enthimema re-
ducit ad pfectū ſyllogiſmū. vt ſic. oē bonū
eſt ens: ḡ oē magnū ē ens: explicando hāc
minorē: oīe magnum eſt bonū: fiet per-
fectus ſyllogiſmus in Barbara.

### De exemplo.

Exemplū eſt argumētatio in q̄ proce
dit ab vno particulari ad aliud per
aliq̄d ſimile in eis reptū et eis cōe princi-
piū cōtinens ipſa duo particularia. vt ſic.
Florētinos pugnare ꝯ Piſanos eſt malū: ḡ
Panormitas ꝯ Drepanēſes pugnare malū
eſt. Sitꝫ ⁊ cōe pncipium in his reptū: cuiꝰ
virtute ſequit pdictū ꝯñs: ē hoc: finitimos
laceſſere finitimos qđ certe maluꝫ eſt. Et
poteſt facile ad ſyllogiſmum reduci. Et
ita de aliis ſuomodo.

### De antecedente ⁊ cōſequente.

Antecedēs eſt id qđ ponit in neceſſi-
tate id quod per ipſum ſequitur.

¶ Cōſequēs eſt qđ neceſſitatē añ ſe oſten
dit. In rerū nā exiſtit reale ⁊ nāle añs et
ꝯñs. In quibꝰ realr nāliter realis ⁊ nālis
cōſequētia exiſtit q̄ extra logicā ⁊ ſuā mē-
talē ꝯſyderationē hꝫ eſſe. Et hoc patet in-
ueſtiganti pncipiū mediū ⁊ finē in rebꝰ na
turalibꝰ. Sꝫ in hoc tractatulo decet eā lo-
gicalr diffiniri. Dico igit ꝙ ꝯ̄ia (logicalr)
eſt q̄dam añtis ⁊ ꝯſequētis aggregatio in
qua denotat añtis poritas ⁊ ꝯñtis poſte-
rioritas. Dico aūt poritatē rōne pncipiī ef
ficientis: formalis: mālis vel finalis. No
tandū tñ ꝙ id q̄d in re eſt añs in rōne nr̄a
⁊ cognitione pōt eſſe ꝯñs ⁊ e contra.

### De locis.

Locus eſt progreſſus ab vno ꝯplexo
ad alterū vel ad ſeipſum ſub alia cō-
ditione ſumptū. vt. ab entitate ad bonita-
tatē: magnitudinē: durationē. ptātē. Ab eē
ad eē. A ꝓpetate ad ſōm. A potētia ad
actū ⁊ obm. Ab actu ad potētiā ⁊ obm. A
cauſa ad cauſatū. A forma ad mām. Ab
inferiori ad ſuū ſupius. Ab appropriato ad
ꝓpriū. A ꝺr̄ia ad pluralitatē. A cōcordan
tia ad differētiā. A cōtrarietate ad ꝺr̄iam.
A pncipio ad finē. A medio ad extrma. A
maioritate ad minoritatē. Ab eq̄li ad eq̄-
le ſibi. A finito ad ifinitū. A ſb̄a finita ad
accñs. Ab vno pdicamento ad alia ⁊ ad p
dicabilia. Ab vno pdicabili ad alia. A to
to ad ſuas partes. A diſparato ad diſpara
tū. A puatione ad habitū. Ab vna parte
ſeu ꝓprietate eſſentiali ad aliā. Ab affir-
matione ad negationē. Et ſic de pluribus
locis aliis q̄ cōtinent i mixtione pncipio-
rū ⁊ regulaꝝ (artis gn̄alis) ⁊ ſuarū ſpērū.
Ex quibꝰ cōponit figura circularis cōten
ta in fine huius libri. Ex pdictis tñ locis
modo educunt conſequentię affirmatiuę:
modo negatiuę: mō vtreq3: diuerſis mo-
dis. Quos cognoſci pōt diſcurrēdo pnomi-
natā figurā circularē: eligendo cōcluſionē
ſiue affirmatiuā ſiue negatiuā: vbi tñ natu
ra ⁊ diffinitiones ⁊ mixtio pncipioꝝ ⁊ re
gularū melius cōſeruent. Et ꝓ maiori de
claratiōe oim pdictoꝝ ⁊ cauſa exempli ⁊
practicę ipſius figurę et vt maior habeat
mā arguendi: ponunt ſequētes regulę cō-
ſequentiarum et locorum.

¶ Regula. Ex veris nō ſequit niſi verū.
vt hō eſt: ḡ aial eſt. Ex falſis q̄nq3 verum:
quādoq3 falſum. vt. homo eſt aſinus: ḡ hō
eſt aial. vel: ḡ hō nō habet aiam rōnalem.

¶ Regl'a. In oīi bona ꝯ̄ia ⁊ formali q̄c-
quid ſequit ad ꝯñs ſeqtur ad añs illiꝰ ꝯñ-
tis. Seqtur eñi: aial currit: ḡ corpus cur-
rit. corpus currit: ḡ ſb̄a currit. Si igit aial

currit: ſuba currit. Et eꝫ quicq̄d antecedit añs: antecedit ꝯñs illi⁹ añtis. vt. ſi hõ eſt: aial eſt: ḡ ſi ſortes eſt: aial eſt: q2 ſortes antecedit ad hoiem ⁊ hõ ad aial. Jdeo arguēdo a p̄mo ad vltimū ꝓcedēdo ꝑ mediū cõtinuū: nõ variando ipſum eſt ꝯña bona. vt hõ currit: ḡ animal ⁊ vltra. animal currit: ergo corpus currit: ergo ſubſtãtia currit.

¶ Regula. Ois ꝯña cuius añs cum oppoſito ꝯdictorio ꝯñtis in veritate nõ concordat eſt bona et vera argumentatio. vt. ois hõ eſt aial: ḡ quidā hõ eſt aial: ꝯña eſt bona q2 añs. ſ. ois hõ eſt aial: non ꝯcordat in veritate cū oppoſito cõtradictorio cõſequētis: quod eſt: nullus homo eſt animal.

¶ Regl'a. Ex oppoſito ꝯtradictorio ꝯñtis bonę ꝯñę ſequit̄ oppoſitū ꝯdictoriū ſui añtis. vt. ſi bñ ſeqtur: hõ currit: ergo aial currit: etiam ſequitur bene. nullū animal currit: ergo nullus homo currit.

¶ Regula. Arguēdo a particulari ad ſuā indefinitā ē bona ꝯña tā affirmatiuę q̄ negatiuę. vt. aliqs hõ currit: ḡ homo currit.

¶ Regula. Arguendo ab vniuerſali ad ſuā particularē: indefinitā ⁊ ſingularem i terminis pro aliq̄ ſupponentib⁹ eſt bona ꝯña. vt. ois hõ currit: ḡ petrus currit. Nullus hõ currit: ḡ hõ nõ currit. Et eꝫ ab oibus ſingularibus ſimul ſumptis ad ſuam vl'em eſt ꝯña bona inductiua. vt. petr⁹ currit ⁊ ſic de oibus aliis: ḡ ois homo currit.

¶ Regula. Arguēdo a veritate vnius cõtradictorię ad falſitatē alterius eſt ꝯña bona ⁊ eꝫ in q̄uis mā. Sic̄r ē de cõtrariis p̄terq̄ in mā cõtingenti in q̄ duę ꝯrię poſſūt ſimul eē falſę. Sed in nulla mā poſſunt ſimul eē verę. Et ſubꝯrię poſſunt ſimul eſſe verę in mā cõtingēti: nunq̄ tñ ſimul falſę. Sed i mā nāli ⁊ remota vna ꝯria vl' etiam ſubcõtraria exñte falſa: reliq̄ eſt vera ⁊ eꝫ. Jn ſubalternis ſi vl'is ſit vera: ambę ſunt verę. Ꝫ particulari exñte falſa: ambę ſūt falſę. Particularis tñ põt eē vera: vl'i ſua exñte falſa ⁊ hoc ſolū in cõtigenti materia.

¶ Regula. A toto copulato ſeu a tota copulatiua ad alterā eius partē et ꝯña bona tā diuiſim q̄ cõiunctim. Et loquēdo de toto copulato hꝫ verꝫ ſi ly. ⁊. teneat̄ diſtributiue ⁊ non collectiue. Sꝫ a parte copulatiuę vel copulatiuę ad copulatū vel copulatiuā nõ valet ꝯña: niſi aliquādo grā terminorum. vt. hõ currit: ḡ hõ currit ⁊ aial currit.

¶ Regula. A toto diſiūcto ſeu a tota diſiūctiua ad alterā eius partē cū deſtructione vel oppoſito alterius partis eſt bona ꝯña. vt. tu es hõ vel tu es aſinus: ſꝫ tu nõ es aſinus: ḡ es hõ. Tñ in diuiſione hñte plura mēbra q̄ duo oia mēbra debēt deſtrui preter vnum qđ debet affirmari. vt. iſte canis vel eſt canis marinus vel cęleſte ſydus vl' canis latrabilis. Sꝫ non ē canis marinus neq̄ ſignū cęleſte: ḡ eſt canis latra bilis.

¶ Regula. Ab excluſiua ad ſuā p̄iacentē eſt bona ꝯña. Et dicit̄ p̄iacens totū hoc qđ remanet dempta dictione exponibili. vt. tantū homo currit: ergo homo currit.

¶ Regula. Ab excluſiua affirmatiua ad exceptiuā negatiuā ⁊ eꝫ ē bona ꝯña. vt. tm̄ hõ currit: ḡ nullū ens p̄t hoiē currit ⁊ eꝫ.

¶ Regula. A cõuerſa ad cõuertentem: ab ęquiualēte ad eā cui ęquiualet: ab exponēte totali ad expoſitā ſuam. A reſolubili ad eam in quā reſoluit̄ eſt ꝯña bona et eꝫ in his q̄ modo diximus. Uerba aūt reſoluūtur in ſum: es: fui: ⁊ termini cões in ſingulares: obliq̄ in rectos: oēs modi ad indicatiuum: omnia tempora ad pręſens.

¶ Regula. Ois affirmatio p̄deſtinatiōis facta ſine affirmatione diuinę iuſticię ꝓducit falſam negationē cõtra libertatem.

¶ Regl'a. Ois affirmatio diuinę iuſticię facta ſine affirmatione ſapiētię diuinę ꝓducit falſam negationē ꝯ prędeſtinationē.

¶ Regula. A diffinitione ad diffinitū: a deſcriptione ad deſcriptum: ab interpretatione ad ſuū interpretatū ⁊ eꝫ eſt bona cõſequētia. vt. ſba in qua aia rationalis ⁊ corpus coniunguntur eſt: ergo homo eſt.

¶ Regula. A differentia cõſtitutiua diffinitionis ſpēi ad ſuā ſpēꝫ ⁊ eꝫ eſt bona ꝯña hoc mõ. ſentiens eſt: ergo animal eſt.

¶ Regula. A proprietate ſeu ꝓpria paſſione ad ſuū proprium ſbm eſt ꝯña bona. vt. riſibilitas eſt: ergo homo eſt.

¶ Regula. Ab vno ſynomino ad aliud ē cõſequētia bona. vt. ſpata ē: ergo enſis eſt.

❡Regula. De quocu͂ꝫ affirmatur pars ſubiectiua vel inferius: de eodem affirmatur ſuum totum vl'e vel ſuperius. Et q̄cq̄d affirmatur de inferiori: ⁊ de ſuperiori ſuo. vt. ſortes eſt hō: ergo ſortes ē aīal: hō currit: ergo animal currit.

❡Regula. A quocu͂ꝫ remouet̄ totū vniuerſale vel ſuperius: ab eo remouet̄ eius pars ſubiectiua vel inferius: vt accidens nō ē ſubſtantia: ergo accn̄s nō eſt corpus: nec animal: nec homo. ⁊c̄.

❡Regula. Arguendo negatiue a parte ſubiectiua ad ſuum totum vl'e ſubijciendo vtru͂ꝫ: poſtpoſita negatione: eſt ꝯ̄ia bona in terminis ſupponentibꝰ pro aliquo. vt. homo nō ē aſinus: ergo aīal nō ē aſinus. Sed a parte ſubiectiua ad ſuū totū vl'e nō tenet cū dictione includente negationē. vt. petrus incipit eſſe albus: ergo petrus incipit eſſe coloratus. Et ſic de differt: deſinit ⁊ ſimilibus.

❡Regula. A toto integrali ad ſuas partes ſine quibus eſſe non pōt ſubijciendo vtru͂ꝫ eſt bona conſequentia cū hoc verbo. eſt. ſecundo adiacente. vt. domus eſt: ergo paries eſt.

❡Regula. Arguendo a toto integrali cū hoc verbo. eſt. tertio adiacēte ad ſuas partes: a͞nte exiſtente affirmato ⁊ ꝯ͞nte negato p̄dicādo vtru͂ꝫ: eſt ꝯ̄ia bona. vt. hoc eſt domus: ergo hoc nō eſt paries ⁊ eꝫ: hoc ē paries: g̃ hoc non eſt domus: niſi pars et totū haberēt eādē ꝺnoīatioēꝫ: q̄lia ſūt e mogenea: ſicut q̄libet pars ignis eſt ignis. Uel niſi pars ⁊ totum ſignificarēt idē. Qđ dico propter diffinitionem. Cuius partes verificantur affirmatiue de illo de q̄ tota diffinitio verificatur. Nam ſicut hec ē vera: homo eſt aīal rationale ⁊ mortale: ita eſt verum ꝙ homo eſt rationalis.

❡Regula. Si hoc verbū. eſt. negatiue p̄dicatur de parte principali ſine q̄ totū non pōt eē: etiā p̄dicatur negatiue de toto integrali. vt. cor his non eſt: ergo hō non eſt.

❡Regula. Arguendo a toto in modo negatiue ad ſuam partē vtru͂ꝫ p̄dicādo eſt ꝯſequentia bona: vt. lapis nō eſt homo: ergo lapis nō eſt homo albus.

❡Regula. Quicquid p̄̄dicat̄ de parte in modo: et de toto in modo: vt hō albus currit: ergo hō currit. Et eꝫ de quocu͂ꝫ p̄dicat̄ pars in mō: ⁊ totum in modo. vt. ſortes eſt homo albus: ergo ſortes eſt homo.

❡Regula. Arguendo negatiue a parte in modo ad ſuū totū vtru͂ꝫ ſubijciendo et negatione vtriꝫ poſtpoſita eſt bona ꝯ̄ia. vt. hō albus nō eſt aſinus: ergo hō nō eſt aſinus. Sed nota ꝙ locus a toto in modo ad ſuā partē vel eꝫ nō tenet cū determinatione diſtrahēte vel diminuente. vt. gn̄abilis: gn̄andus: opinabile. nec tenet cū verbis ſignificātibꝰ deſyderiū: appetitum vel actū voluntatis et aīę nec cū iſtis. incipit: deſinit ⁊ ſic de ſimilibus.

❡Regula. Cuicu͂ꝫ cōuenit totū in loco ⁊ pars in loco. vt. deus eſt vbiꝫ: ergo deus eſt hic: illic. Et a quocu͂ꝫ remouet̄ totū in loco: et pars in loco. vt. nuſq̄ eſt chymera: ergo hic non eſt chymera: illic non eſt chymera.

❡Regula. De quocu͂ꝫ affirmātur vel negant̄ oēs partes in loco ⁊ totū in loco. vt. deus ē hic: deus ē intus: deus ē foris: ergo deꝰ eſt vbiꝫ. Itē Cęſar nō eſt hic: Ceſar non eſt illic: intus: foris ⁊c̄. ergo Ceſar eſt nuſq̄. Uel etiā arguendo a parte ī loco ad ſuū totū affirmatiuū valet cōſequentia: negatione p̄cedente vtrumꝫ. vt. Cęſar non eſt hic: ergo Cęſar non eſt vbiꝫ.

❡Regula. Cuicu͂ꝫ conuenit vel a quocu͂ꝫ remouetur totū in tempore: ⁊ pars ī tempore: vt ſemꝑ fuit deꝰ: ergo heri fuit deus. nunq̄ fuit chymera: ergo heri non fuit chymera. Sed hic locus non tenet niſi tale verbū ponatur in ꝯ͞nte ſicut in a͞nte ⁊ cū aduerbio apto determinare tale verbum. Ideoꝫ non valet. ſemꝑ fuit deus: ergo cras fuit deus.

❡Regula. Cuicunꝫ conueniunt vel a quocu͂ꝫ remouentur omnes partes in tēpore: et totum in tempore. vt. deus fuit heri: et nudius tertius ⁊ ita de alijs retro temporibus: ergo ſemꝑ fuit deus. Chymera nō fuit heri nec nudius tertiꝰ et ita de alijs diebus ante: g̃ Chymera nunq̄ fuit. Uel remota vna parte ī tēpore remo=

uctur ſuum totum affirmatiuum. vt. antichriſtꝰ nõ erit cras: ꝑ antichriſtꝰ nõ erit ſp.
¶ Regl'a. Si hoc ṽbũ. eſt. ſecũdũ adiacẽs verificaẗ de toto collectiuo: ⁊ de qualꝫ ſui parte ſine q̃ tale totũ nõ põt eẽ. Et hoc aliqñ tenet cũ alio verbo. vt. exercitus vel populus currit: ꝑ hõ currit. Silr̃ tenet cũ iſto verbo. ẽ. tertio adiacente: cũ aliqbꝰ tñ predicatis cõuenientibꝰ toti ⁊ partibꝰ. vt. populus eſt albꝰ: ꝑ hõ eſt albus vel alba.
¶ Regl'a. Quicq̃d p̃dicatur de toto nũerali: ⁊ de q̃libet eiꝰ parte. vt. decem hoĩes currũt: ꝑ q̃nq; hoĩes currũt. Sed nõ tenet niſi cũ p̃dicatis cõueniẽtibꝰ toti ⁊ partibꝰ. Unde hic nõ ſeq̃tur. decẽ hoĩes pñt trahere nauẽ: ꝑ duo hoĩes pñt trahere nauẽ: q; eſſet cõtra locum qui nõ tenet affirmatiue in talibus predicatis: ſꝫ negatiue. vt. decẽ nõ poſſunt trahere nauem: ꝑ nec vnus.
¶ Regula. A quocũq; remouetur pars numeralis ⁊ totũ numerale: negatione p̃cedente vtrunq;. vt. iſti homines non ſunt quinq;: ergo non ſunt decem.
¶ Regl'a. Si ſingulare verificatur de ſingulari: ⁊ p̃le de p̃li. vt. hõ eſt aĩal: ꝑ hoĩes ſunt aĩalia. Etiã negatiue tenet regula. vt. hõ nõ eſt aſinus: ꝑ hoĩes nõ ſunt aſini. Sꝫ nõ tenet in terĩs non ſupponentibꝰ ꝓ aliquo neq; in p̃dicato ṽificabili de ſbõ añtis per accñs et ſub diſiũctiõe neq; in obliq̃s. vt. ſol ẽ ſuba: ꝑ ſoles ſunt ſb̃e: oĩs hõ eſt cecus vel videns: ꝑ oẽs hoĩes ſunt ceci vl' videntes: hoĩs eſt aſinus: ꝑ hoĩm ſunt aſini. Nõ valẽt hee conſequentie.
¶ Regula. Ab eſſe cauſe ad eſſe effectus eſt bona ꝯña attento tp̃e ⁊ mõ ſecũdũ actũ ⁊ potentiã. hoc mõ. Cauſa eſt: ꝑ effectus ẽ vel erit vel poteſt eſſe vel fuit.
¶ Regula. Arguendo affirmatiue a poſteriori ad ſuũ prius eſt bona ꝯña. vt. calefacere aeris eſt: ꝑ calefacere ignis eſt. Similiter: ſortem penitet: ꝑ ipſe peccauit.
¶ Regl'a. Arguendo negatiue ab accidẽte priori ad accñs poſterius eſt bona conſequentia. vt. calefacere ignis nõ eſt: ergo calefacere aeris non eſt.
¶ Regula. Arguendo ab vna ꝓpõne de pñti in qua vnũ cõtrariũ ṽificatur de aliq̃ ſubiecto ad aliã ꝓpõnẽ de pñti in qua reliquũ cõtrariũ negetur de eodem ſbõ ẽ bona ꝯña. vt. ſortes eſt albꝰ: ꝑ ſortes nõ eſt niger. Et eõ tenet negatiue in ꝯrijs immediatis vt ſortes nõ eſt ſanus: ꝑ eſt eger. Si tñ ſbm ſit aptum informari a tali p̃dicato. Alioq̃n nõ ſequitur. vt. lapis nõ eſt eger: ergo eſt ſanus.
¶ Regl'a. Si vnũ cõtrariũ verificatur de aliquo ſibi inferiori: etiam relequũ ꝯrium verificatur de ſuo inferiori ꝯrio ipſi inferiori alterius. vt. iniuſticia eſt viciũ: ꝑ iuſticia eſt virtꝰ. Et intelligitur hoc de imediatis. Defectu cuius nõ ſeq̃tur: ꝓdigalitas eſt vicium: ꝑ auaritia eſt virtꝰ. q; inter hec extrema eſt liberalitas medium.
¶ Regula. Si vnũ diſparatũ affirmatur de aliquo ſbõ: reliquũ negatur: vt. ſortes eſt hõ: ꝑ ſortes non eſt aſinus. Et tenet in terĩs abſolũtis ſbantiuis ⁊ nõ cõnotatiuis. Ideo nõ ſequitur. ſortes eſt pater: ꝑ nõ eſt filiꝰ nec ſeq̃tur lac eſt dulce: ꝑ nõ eſt albũ.
¶ Regula. Si id qḋ magis videtur ineſſe non ineſt: nec id qḋ minus. vt. rex nõ põt expugnare ciuitatem: ergo nec miles ſibi ſubditus.
¶ Regula. Si id qḋ minus videtur ineſſe ineſt: ⁊ id qḋ magis. vt. vnus miles ſimplex põt caſtrũ expugnare: ꝑ rex põt. Sed hij duo loci ſolũ tenent q̃ ad ꝓprietatẽ cõuenientẽ maiori ⁊ minori in qua maiꝰ excedat minus. Ideoq; nõ valet: equus non põt trãſire ꝑ foramẽ paruum: ꝑ nec mus. q; quo ad hoc maior eſt mus q̃ equus.
¶ Regula. De ſilibus: equalibus ⁊ proportionẽ habentibus ſimile eſt iudicium. Et tenet ꝯña affirmatiue ⁊ negatiue. vt. latrare ineſt cani vt ꝓprium: ꝑ ridere ineſt hoĩ vt ꝓprium. Deſiccare nõ eſt propriũ igni: ergo calefacere nõ ẽ ꝓpriũ aeri. Bonitas eſt potens: ꝑ duratio eſt potẽs. Sapientia eſt infinita: ꝑ veritas eſt infinita. Deus eſt eq̃liter bonus ⁊ verus: ꝑ in ipõ ṽitas ⁊ bonitas ſũt eq̃les. Deꝰ eſt eq̃liter intelligibilis ⁊ amabil' ab ãgelo: ꝑ angelꝰ põt eq̃liter intelligere ⁊ amare deũ. Angelus eq̃ intelligit ⁊ amat deum: ꝑ intellectus ⁊ voluntas in angelo ſunt equales.

Agere ⁊ pati in ſuppoſito ſunt ęq̄lia: ergo actio ⁊ paſſio ſunt ęquales. Actio ⁊ paſſio ſunt ęq̄les: ḡ forma ⁊ mā ſunt ęq̄les. Tantū patit̄ materia quātū forma agit: ḡ ſuppoſitū eſt ex eis ęq̄liter cōſtitutū. Tantum diſtat ens a malicia p̲ bonitatē quantū a falſitate p̲ veritatē: ḡ tanta eſt in ente bonitas quāta veritas. Ubi tāta ē bonitas quāta ſapientia: tm̄ eſt bonificare quantū ſcire. In pipere ē caliditas in quarto gradu: ḡ eſt ſiccitas in tertio: humiditas in ſcd̄o ⁊ frigiditas in p̄mo. Et per ꝯñs calefacere in quarto: deſiccare in tertio: humefacere in ſcd̄o ⁊ infrigidare in p̄mo. Et cōſequēter bonitas ignis eſt in quarto in pipe: bonitas terrę in tertio: bonitas aeris in ſcd̄o ⁊ bonitas aquę eſt in p̄mo gradu. Et per ꝯñs bonificare ignis ibi eſt in quarto: terrę in tertio: aeris i ſcd̄o : ⁊ tādē bonificare aquę ibi eſt in p̄mo gradu. Itaq̧ pōt fieri proceſſus a q̄litate ad q̄litatē: de q̄litate ad actū: de actu ad actū ⁊ de primis p̄ncipiis inter ſe ⁊ ſuos actus.

¶ Regula. Unicuiq̧ probo viro p̲ueram demōſtrationē vel p̲ experientiā vel grām infuſam experto in ſua ſcientia credendū eſt. vt. Chriſtus dicit loquēs de ſeipſo. ego ⁊ pr̄ vnū ſumus: ḡ ſic eſt verū. Et nō tenet negatiue. Ideoq̧ nō valet. aliquis doctor non dicit hoc ſic eē: ergo non eſt ſic.

¶ Regula. De quolibet terio pro aliquo ſupponente v̄ificat̄ alterū cōtradictorium incōplexum et de nullo ambo ſimul eodem reſpectu. vt. deus eſt ens vel nō ens: bonus vel non bonus.

¶ Regula. Arguendo a ꝓpōne affirmatiua de p̄nti in recto de p̄dicato infinito ad negatiuā de p̄dicato finito eſt bona ꝯña. vt ſortes eſt nō albus: ḡ ſortes nō eſt albus. Et e contra tenet.

¶ Regula. Arguendo a ꝓpōne affirmatiua de p̄nti i recto de p̄dicato finito ad negatiuam de p̄dicato infinito eſt bona ꝯña. vt. ſortes eſt albus: ergo ſortes nō eſt non albus. Et ē ꝯ̄ tenet conſequentia.

¶ Regula. Attentis in ſbo aptitudine et ꝓportione medii ad obm̄ et tp̄e et loco et parte determinatis in terminis ꝓ aliquo ſupponētib⁹: eſt bona ꝯña arguendo a ꝓpoſitione in q̄ terminus ſignificans habitū affirmat̄ de aliq̄ ſbo ad ꝓpōnē in q̄ terminus ſignificās p̄uationē illi⁹ habit⁹ negatur de eodē ſbo ⁊ ē ꝯ̄. vt. ſortes eſt vidēs ergo ſortes nō eſt cęcus: ſortes nō ē vidēs: ḡ ſortes eſt cęcus: ſortes eſt ſurdus: ḡ non eſt audiēs: ſortes nō ē ſurdus: ḡ ē audiēs.

¶ Regula. Arguēdo ab vno relatiuo ad alterū vel ad aliud cū iſto v̄bo. eſt. vl' fuit. ſecūdo adiacente vel cū hoc v̄bo pōt ē bona ꝯña. vt. pr̄ eſt: ḡ filius eſt ⁊ ē ꝯ̄. Poſterius eſt: ḡ prius eſt vel fuit: prius eſt: ergo poſterius eſt vel erit vel poteſt eſſe.

¶ Regula. Si cōcretū d̄ cōcreto p̄dicatur et abſtractū de abſtracto ſi ſint ordinata ſecundū ſuperius et inferius. vt. albū eſt coloratū: ergo albedo eſt color. Hęc tamē regula non intelligit̄ de vltimate abſtractis quales ſunt vltimę differentię: ſicut nō ſequit̄. hō ē aīal: ḡ hūanitas ē aīalitas.

¶ Regula. A ꝓpōne v̄li negatiua: i qua vnum concretū v̄r negatur de aliquo ad negatiuā in qua abſtractū illius neget̄ de abſtracto alterius eſt bona ꝯña tam i terminis ſubſtantiuis q̄ accn̄talib⁹. vt. null⁹ hō ē aſinus: ḡ nulla hūitas ē aſinitas: nullū albū ē nigrū: ḡ nulla albedo ē nigredo.

¶ Regula. Arguendo a ꝓpōne in q̄ vnū cōcretū affirmat̄ de aliq̄ cōcreto vel vnum abſtractū de alio abſtracto ad aliā ꝓpōnē in qua vnū aduerbiū deriuatū a p̄dictis cōcretis vel abſtractis affirmat̄ de alio: ē bona ꝯña. vt. iuſtū eſt bonū: ergo q̄d iuſte fit: bene fit. Iuſticia eſt virtus: ergo iuſte viuere eſt virtuoſe viuere: viciū eſt malū: ergo quod vicioſe fit male fit.

## De foliis arboris Logicalis cuſtodientibus fructū a macula.

Parallogyſm⁹ ē argumētatio idicās eſſe verū q̄d fl̄m eſt ⁊ fl̄m q̄d eſt verū. Et d̄r parallogyſm⁹ q̄ſi apparēs ſyllogyſm⁹: ſ3 in rei v̄itate nō eſt ſyllogiſm⁹: vt p̲ ſyllogiſmi diffinitionē cōſtare pōt. Diuerſitas medii ſiue deuiatio vel variatio

eſt genus parallogyſmoꝝ ſiue fallaciaꝝ: cōcurrente aliq̄ cōcordātia cū vero q̄ ſit cā apparētię parallogyſmi. Hoc genus qḋ ē medij diuerſitas hꝫ duas ſpēs. ſ. in dictiōe et extra dictionē. Diuerſitas medij in dictiōe ſex modis gn̄alr̄ cōtingit ſcḋm q̄s fallacię in dictiōe ſunt ſex. Pria eſt ęquocationis: ſecūda amphibologię: tertia cōpoſitionis: q̄rta diuiſionis: q̄nta accētus: ſexta figurę dictionis. Quęlibet iſtarū hꝫ ſuos modos proprios. Diuerſitas medij extra dictionē fit ſeptē modis gn̄alr̄ ſecundū q̄s fallacię extra dictionem ſnut ſeptē. Et habent ſuos modos: vt dicetur.

De fallacia ęquiuocationis.

FAllacia ęquocationis ē deceptio ꝓueniēs ex eo ꝙ aliq̄ dictio plura diuerſimode ſiḡat. Et hꝫ tres mōs ſcḋm q̄s tripl'r pōt fieri ſophiſticatio ꝑ hāc fallaciā.

¶ Primus. q̄n aliq̄ dictio ſiḡat ęqualiter plura diuerſimode. ſicut hęc dictio: canis: ſiḡat aīal latrabile: quedā piſcem ꝛ ſydus cęleſte. Et ꝑ hunc modū poſſet ſic formari parallogyſmus. Oī cani cōuenit latrabilitas: ſꝫ piſcis q̄dam ꝛ ſtella ſunt canes: ergo eis ꝯuenit latrabilitas. Maior pōt ſimpliciter negari vel per oñam diſtingui. Peccat aūt ꝑ diuerſitatē medij: quū i vna pręmiſſa ly canis ſimpliciter pro vno ſignificato ſumatur ꝛ in altera pro alio.

¶ Secūdus prouenit ex eo ꝙ eadē dictio ſecundū prius ꝛ poſterius ſiḡat q̄ diuerſa ſignificat. vt. ſic. oē ridens hꝫ os: pratū ē ridens: ḡ pratū hꝫ os. Peccat ꝑ diuerſitatē medij. q̄n ly rideo de p̄mario ſiḡato ſignificat illū actū humanę lętitię ꝓuenientē ex q̄dam ꝓprietate q̄ dr̄ riſibilitas. Sed ꝑ poſterius ſiue ꝑ quādā tranſumptionē ſiḡat floritionē prati ſeu cāpi. Ideo in altera p̄miſſarū ſtat mediū ꝓ ſiḡato p̄ori ꝛ in altera pro poſteriori.

¶ Tertius modus ꝓuenit ex diuerſa cōſignificatione dictionis q̄ attendit̄ ſecūdū diuerſa accn̄tia. vt. ſecundū diuerſum numerū: tp̄s. ꝛc. Ut. Quicūq; ſurgebat ſtat: ſedens ſurgebat: ḡ ſedens ſtat. Peccat ꝑ medij diuerſitatē in tpe q: medium in vna reſpicit vnum tp̄s: in alia aliud. Quū ſedere ſit in facto eſſe ꝛ ſurgere in fieri. Etiam q: mediū menſurat minorē extremitatem ſecundū tp̄s p̄teritū in minore. Et ip̄a minor extremitas. ſ. ly ſedens exit in ꝓ̄ōne ſcḋm p̄ſens tp̄s. Silr̄ hic. quicūq; ſanabat̄ ſanus ē: ęgrot⁹ ſanabat̄: ḡ ęgrot⁹ ſanus ē.

De fallacia Amphibologię.

FAllacia amphibologię eſt deceptio ꝓueniens ex eo ꝙ eadem oꝛo vna penitus: plura ſiḡat. Sicut enī ęquocatio prouenit ex eo ꝙ eadē dictio plura ſiḡat: ita amphibologia ꝓuenit ab eo ꝙ eadem oratio plura ſignificat. Habet aūt hęc fallacia tres modos.

¶ Primus ꝓuenit eo ꝙ eadē oꝛo plura ſiḡat manente eadē cōſtructione ꝓpter diuerſum reſpectum conſtructoꝝ. vt. Quicquid eſt Ariſtotelis poſſidetur ab Ariſtotele: hic liber eſt Ariſtotelis: ḡ poſſidet̄ ab eo. Peccat ꝑ medij diuerſitatē q: hoc cōplexū: liber Ariſtotelis: plura ſiḡat ſcḋ diuerſum reſpectū. Pōt enī dicere reſpectū effect⁹ ad ſuā cām ſeu authorē vel poſſeſſi ad poſſidentē: manente vtrobiq; eadē cōſtructione. Talis diuerſitas ꝛ deceptio cognoſcit̄ in tertia ſpē tertię regulę ꝛ in ſpēb⁹ p̄ncipij. ſ. efficientis. ꝛc. Quū ille genitiuus Ariſtotelis in vna p̄miſſarū dicit. cām efficientē: i alia vo poſſeſſorē libri.

¶ Secundus ꝓuenit eo ꝙ aliq̄ oꝛo ſiḡat aliq̄d p̄mario: aliud aūt tranſumptiue. ſic hęc oꝛo: littus arat̄: p̄ncipal'r ſiḡat littoris ſectionē: ſecundario aūt ꝛ trāſumptiue ſiḡat opis amiſſionē. Et parallogyſmus fit ſic. Quicūq; littus arat̄: terra ſcinditur: ſed q̄n indocilis docetur litt⁹ aratur: ḡ q̄n indocilis docet̄ terra ſcindit̄. Peccat ꝑ diuerſitatem medij q: in p̄ma ꝓpōe oꝛo p̄dicta ſtat i ꝓprio ſeu p̄mario ſiḡato: i alia aūt ꝓ ſecūdario ſeu trāſumptiuo. Hanc autem deceptionem manifeſtat ſexta regula artis cum ſuis ſpeciebus.

¶ Tertius prouenit ex eo ꝙ eadē oꝛo diſa ſiḡat ꝓpter diuerſam partiū cōſtructionē. Nā vna ꝛ eadē dictio pōt cōſtrui trāſitiue: vel intrāſitiue: ſicut hic: pomū comedit aīal: q̄ſcūq; volo me ꝯuertere volo vt ipi cōuertāt me. Nā ly pomū ꝛ ly me: pñt poni;

in actō trāſitiue vel intrāſitiue. Hec fallacia magnā hꝫ ſſitudinē cū fallacia equiuocatiōis. Et ideo oꝫ diligēter attēdi dr̄ia earū.

De fallacia compoſitionis.

Fallacia cōpoſitiōis eſt deceptio ꝓueniens ex potētiali multiplicitate alicuius oꝛonis. Cuius dictiones poſſunt diuerſimode cōponi ad inuicem ⁊ in ſenſu cōpoſito oꝛo eſt falſa: in diuiſo vera. Huiꝰ fallacie duo ſunt modi.

¶ Primus ꝓuenit ex eo ꝙ aliqͣd dictum pōt ſupponere alicui v̄bo ꝑ ſe toto vel ꝑ parte ſua. vt. Quecūqꝫ ambulare eſt poſſibile cōtingit ꝙ ipſe ambulet: ſedentē ambulare eſt poſſibile: ḡ cōtigit ꝙ ſedens ambulet. Minoꝛ eſt duplex ꝑ dr̄iam qꝛ ſi hoc dictū: ſedētē ambulare: pro ſe toto ſubijcit huic p̄dicato. poſſibile: ſic eſt vnus ſenſus et falſus. Nā ſigͣt duos actus oppoſitos puta ſedere et ambulare eidem ſb̄o ſimul ineſſe q̄d eſt ſi̅m: ſicut hec eſt falſa: ſedens ambulat ē poſſibilꝭ propō. Si aūt illud dictū ſtet pro parte ſua. ſ. ꝑ ſb̄o ipſius dicti: tūc eſt ſenſus verus ꝙ ſedens hꝫ potentiā ambulādi nō vt ſedens eſt. Ū̄n iſta ⁊ ſiles peccāt in diuerſitate medij q̄d in vna premiſſa ſtat in ſenſu cōpoſito: in alia in ſenſu diuiſo. Inter q̄s nō modica eſt dr̄ia. Silr̄ eſt de iſta. nō ſcribentē ſcribere eſt poſſibile ⁊ de ſilibꝰ. In his aūt ſit prudens artiſta ne ſophiſta ꝑ frequentē multiplicationē v̄boꝝ ꝑuertat reales cōditiones poſſibilis ⁊ ipoſſibilis: neceſſarij ⁊ cōtingentis ſupradictas in ſuo capitulo.

¶ Secundus modus ꝓuenit ex eo ꝙ aliq̄ dictio in rōne poſita pōt eſſe determinatio diuerſoꝝ. vt. q̄cq̄d viuit ſemꝑ eſt: ſortes viuit: ḡ ſortes ſemꝑ eſt. Maioꝛ. eſt duplex ꝑ dr̄iam qꝛ ly ſemꝑ pōt determinare ly viuit ⁊ tunc eſt ſenſus verus: vel ly eſt et ſic eſt falſus. Cauſatur autē deceptio ꝑ diuerſitatem medij in maioritate ⁊ minoritate. Mediū nāqꝫ equaliter oꝫ eſſe in vtraqꝫ p̄miſſarū. nō de pluribus terminis in vna ꝙ̄ in alia. Silr̄ hic. ſcientiam quā ſcis nūc neſcire eſt poſſibile: ḡ ſciētiā quā ſcis neſcire nunc eſt poſſibile. Hec dictio. nunc. poteſt determinare hoc verbum ſcis vel hoc verbum neſcire ⁊ ſic de ſimilibus: vel ſic. Quicūqꝫ litteras ſcit nunc didicit eas: ſed iſte antiquus grāmaticus ſcit litteras: ergo nunc didicit eas: quod eſt falſum.

De fallacia diuiſionis.

Fallacia diuiſionis eſt deceptio ꝓueniens ex potētiali multiplicitate alicuius oꝛonis. Cuius dictiones abinuicē diuidi poſſunt ⁊ in ſenſu diuiſo faciūt propoſitionem falſam: in compoſito veram. Habet hec fallacia duos modos.

¶ Primus ꝓuenit ab eo ꝙ aliqua cōiūctio grāmaticalis pōt cōiungere terminos vel ꝓpōnes copulando vel diſiungendo. Cōiunctio eni grāmaticalis cōis eſt ad copulatiuā: q̄lia ſunt ly ⁊: ac: atqꝫ. ⁊ ad diſiūctiuā: q̄lia ſunt ly vel: ſiue: aut. Que diſiūctiua cōiunctio licet ſignificet diſiunctionē ⁊ alteritatē in re: cōiungit tn̄ grāmaticaliter plr̄es dictiones vel oꝛones. Et ideo p̄mus modus dupliciter fieri pōt. ſ. ꝑ copulatiuā etper diſiūctiuā. Per copulatiuā ſicut. Quecūqꝫ ſūt duo et tria ſūt duo et ſūt tria: ſꝫ quinqꝫ ſunt duo ⁊ tria: ḡ quinqꝫ ſūt duo et ſunt tria. Minoꝛ eſt duplex qꝛ pōt eſſe diuiſa et eſt ſenſus ꝙ quinqꝫ ſunt duo ⁊ q̄nqꝫ ſunt tria et ſic eſt copulatiua falſa. Vel poteſt eſſe cōpoſita ita ꝙ ſit ſenſus ꝙ quinqꝫ ſunt duo ⁊ tria ſimul ⁊ hoc ſenſu ē vera ⁊ eſt de copulato p̄dicato ⁊ tunc ly ⁊ copulat inter terminos ſicut in ſenſu diuiſo inter ꝓpoſitiones. Silr̄ maioꝛ p̄dicti ſophiſmatis eſt duplex rōne diuiſiōis ⁊ ꝯpoſitionis. Peccat igit̄ argumentū ꝑ mediū diuerſitatē qꝛ in vna eſt diuiſuꝫ: in alia cōpoſitū. Silr̄ hic. Quiqꝫ ſūt paria ⁊ iparia.

¶ De diſiunctiua auteꝫ dantur hec exempla. Oē aīal eſt rōnale vel irrōnale. Sed non oē aīal eſt irrōnale: ḡ oē aīal eſt rationale. Maioꝛ pōt eſſe diuiſa et erit ſenſus: oē aīal eſt rōnale vel omne aīal eſt irrōnale q̄ eſt falſa diſiunctiua. Vel pōt eē compoſita habēs ſenſum ꝙ omne aīal eſt rōnale vl' irrationale ⁊ ſic eſt vera ⁊ de diſiūcto p̄dicato ⁊ ly vel ibi diſiungit inter terminos. Peccat aūt per diuerſitatem medij ſecundū compoſitionem ⁊ diuiſionem: vt prediximus. Sciendum eſt hoc loco ꝙ

diuiſa propoſitio (vt hic ſumitur) eſt quoties coniunctio vnit ꝓpones faciendo vnã ypoteticã diſiũctiuã vel copulatiuã vł aliã. Compoſita autem (vt in ꝓpoſito) eſt quoties cõiunctio vnit terminos ⁊ nõ propoſitiones. Et tũc facit cathegoricam de extremo tali vel tali.

¶ Secũdus prouenit ex eo ꝙ aliquod caſuale ſeu determinatio poteſt ordinari cũ diuerſis. vt. Quocũqꝫ tu vides hunc percurſum illo percurſſus eſt. Sed tu vides hũc oculo ꝑcuſſum: ergo oculo ꝑcuſſus ē: dato caſu ꝙ eſſet percuſſus in dorſo. Minor eſt in differẽtia qꝛ ille ablatiuus oculo poteſt ordinari cum ly vides ⁊ tunc ſignificat inſtrumẽtũ potentię viſiuę vel poteſt ordinari cum ly ꝑcuſſum ⁊ tunc ſignificat locum vbi vulneratus ſit. Secundũ ꝓmam determinationem eſt cõpoſita ꝓpoſitio ſignificans ꝙ tu oculo videas illum percuſſum. Secũdũ aliam determintionẽ eſt diuiſa ſignificans ꝙ tu videas eum percuſſum eſſe in oculo qui tamen in dorſo ꝑcuſſus eſt per caſum poſitũ. Peccat ergo parallogyſmus per medij diuerſitatẽ ſecũdũ cõpoſitionem et diuiſionem. Etiã ille ablatiuus in vna denotat inſtrumentum videndi percuſſum: in alia locũ percuſſionis ſecundũ ꝙ diuerſimode ordinatur.

De fallacia accentus.

Fallocia accentus eſt deceptio ꝓueniens ex eo ꝙ aliqua dictio diuerſimode prõũciata diuerſa ſignicat. Huius fallacię duo ſunt modi principales ad q̃s omnis modus variandi prolationẽ eiuſdẽ dictionis reduci poteſt.

¶ Primus prouenit ex eo ꝙ aliqua dictio põt diuerſo accẽtu ꝓferri ⁊ hoc vel ſecundũ accentũ grauẽ ſiue acutũ: vel ſecundũ accentũ aſperum ſiue lenem. Exemplũ primi. Quoſcũqꝫ iuſtũ eſt pendere iuſtũ ē pati penam ſuſpendij: ſed bonos viros iuſtum pẽdere: ğ bonos viros iuſtũ eſt pati pęnã ſuſpẽdij. Peccat per diuerſitatẽ medij per accentũ variati quia ly pẽdere poteſt eſſe ſecundę ꝯiugationis ⁊ tunc habet accentũ (ſcꝫ acutũ) in penultima ⁊ ſignificat pati penam ſuſpẽdij. Et poteſt eē tertię cõiugationis ⁊ tũc habet accentũ in antepenultima ⁊ ſignificat actionem ſuſpẽdẽdi reos vel ęſtimare ſeu magnipendere bonos viros. Exemplũ ſecundi. Quicqd hamatur hamo capiť: vinũ amatur: ğ vinum hamo capitur. Hic eſt variatio penes aſpiratem et lenitatem accẽtus. Nam qñ: hamatur: ſcribitur ⁊ proferť cum aſpiratione habet accentũ quaſi aſperum ſeu ſonorũ ⁊ tractũ ex guture ⁊ ſignificat cũ tali inſtrumẽto expiſcari. Sed qñ ſcribitur ⁊ ꝓfertur ſine aſpiratione tunc habet accentũ lenẽ et ſimplicẽ ⁊ ſignificat actũ amoris.

¶ Secundus ꝓuenit ex eo ꝙ aliquid poteſt eſſe vna dictio vel plures. vt. Tu es q̃es: ſed quies eſt requies: ğ tu es requies. Peccat: quia quies in maiori eſt orõ cõſtans ex qui et es. In minori autẽ eſt vna dictio faciens i genitiuo quietis. Hoc exẽplũ ideo ad accentũ pertinet: qꝛ ſi ſit vnica dictio: ꝓferť vno ſpiritu vocis ſine pauſa: ſi duplex dictio: debet duplici accẽtu ꝓferri interponendo morulã inter ly q̃ ⁊ es.

De fallacia figurę dictionis.

Fallacia figurę dictiõis eſt deceptio ꝓueniens ex eo ꝙ aliqua dictio ſimilis eſt alteri dictioni ⁊ propter hoc videtur habere eundem modum ſignificandi ſed nõ hꝫ. Huius fallacię tres ſunt modi.

¶ Primus prouenit ex eo ꝙ genus dictionum putatur idem propter ea qꝛ idem ſignificent. vt. omnis ſubſtantia colorata albedine eſt alba: vir eſt ſubſtantia colorata albedine: ergo vir eſt alba. Item omnis aqua eſt frigida: mare eſt aqua: ergo mare eſt frigida: quod eſt cõtra grammaticam. In primo parallogyſmo ſumitur maſculina dictio ac ſi eſſet fęminini generis: in ſecundo neutra ac ſi eſſet feminina. In his cauſatur viciuꝫ figurę dictionis. i. terminatiõis dictiõis quã figuram ⁊ terminationẽ ſophiſta non vult mutare in concluſione ſecundũ exigentiam grãmatices. Peccatur autem ob diuerſitatem medij implicitaꝫ. Nã in vna reſpicit vnũ genus ⁊ in alia aliud. Et ſic intelligatur de numero. vt. oẽs homines ſunt albi: ſortes eſt homo: ergo ſortes eſt albi.

¶ Secũdus ꝓuenit ex eo ꝙ aliq̃ dictio vnius ꝑdicamẽti videt̃ ſignificare ꝑ modũ alteri⁹ ꝑdicamenti. Sicut hic. Quicq̃d emiſti comediſti: crudas carnes emiſti: ergo crudas comediſti. Iſtẽ q̃cq̃d heri vidiſti: hodie vides: album heri vidiſti: ergo album hodie vides. Peccãt ĩ diuerſitate medij. Nam in vna reſpicitur prędicamentum ſubſtantię: in alia qualitatis.

¶ Tertius modus ꝓuenit ex eo ꝙ dictio ſignificans q̃le q̃d ſeu cõe videtur ſignificare hoc aliq̃d ſeu ſingulare ⁊ hoc in eodem ꝑdicamento. vt. ſortes ab hoĩe eſt alter: ipſe aũt eſt hõ: ergo eſt alter a ſeipſo. Peccatur in diuerſitate medij. In pria em̃ ly homine ſtat ꝓut eſt cõe q̃ddã. In ſecũda aũt prout ꝑdicatur de ſorte. Et q̃ ſortes ſumitur ſub hoĩe: videtur ꝙ hoc nomen hõ ſignificet hoc aliq̃d. Silr̃ eſt ſi dicatur. ſortes differt a ſorte grãmatico: ſortes ſignificat hoc aliq̃d: ſed ſortes grãmaticus ſig̃at quale quid. Eſſe enim q̃ eſt ꝑ ſuam eſſentiam nõ mutat̃ ꝑ q̃litatẽ ſibi inhęrentẽ. vt vult ſexta artis reg̃la q̃ ẽ d̃ q̃litate. Arguit̃ aũt ꝑ hunc modũ a termino ſtante in vno ſitu in q̃ habet vnũ modũ ſignificandi ad eundẽ ſtantẽ in alio ſitu: vbi creditur eſſe idẽ ⁊ ẽ ali⁹ eo q̃ differentia ſtat in ſitu. Et per hunc modũ fiunt parallogyſmi: quñ arguitur a terĩo ſtante cõfuſe ad eundem ſtantẽ determinate. Uel etiam qñ arguit̃ a termino ſtante confuſe tantum ad eundem ſtantem confuſe ⁊ diſtributiue.

De fallacijs extra dictionem.

Fallacię extra dictionẽ differũt a fallacijs in dictione qm̃ fallacię in dictione ꝓueniunt ex apparentia vocis ⁊ cã falſitatis exiſtit ĩ re. Fallacię extra dictionẽ ꝓueniũt ex apparentia rei ⁊ nõ exĩtia. Et ſunt ſeptẽ. ꝑma eſt accñtis: ſcđa a ſcđm quid ad ſimpliciter: tertia ignorantię elenchi: quarta petitionis ꝑncipij: quinta cõſequentis: ſexta nõ cauſę vt cauſę: ſeptima eſt ſecũdũ plures interrogatiões: vt vnã.

De fallacia accidentis.

Fallacia accidentis eſt deceptio ꝓueniens ex eo ꝙ aliquid ſignificatur ſimpl̃r ĩeſſe vtriq̃ eorũ q̃ aliq̃liter ꝑ accñs ſunt vnũ. Huius fallacię tres ſunt modi.

¶ Primus ꝓuenit ex eo quia ꝓceditur ab accñte ad ſbm vel ecõ. vt agnoſco ſortẽ: ſʒ ſortes eſt veniẽs: ğ agnoſco venientẽ. Nõ valet qm̃ ſortes ⁊ veniens ſunt vnum per accñs ⁊ nõ per ſe. Et poſſum ego cognoſcere ſortem ⁊ neſcire an veniat et agnoſcere ꝙ aliq̃s veniat: neſciendo ſi ẽ ſortes. Peccat parallogyſmus in diuerſitate medij. Apparẽtia ſtat ĩ cõcordãtia illi⁹ act⁹ veniẽdi in quo cõcordant ſortes ⁊ veniens. Ob hoc tñ non ſeq̃tur ꝙ quicq̃d eſt verum de vno ſit verum de alio.

¶ Secundus ꝓuenit ex eo ꝙ id q̃ accidit ſeu cõuenit ſuperiori cõcluditur eſſe in inferiori vl̃ ecõ: vt hõ eſt aĩal: aĩal ẽ genus: ergo hõ ẽ genus. Silr̃ hõ eſt ſpẽs: ſortes ẽ homo: ğ ſortes eſt ſpẽs. Non valẽt qm̃ ſuperius ⁊ inferius ſunt idẽ aliquomodo: nõ tñ ſimpl̃r: ita ꝙ non quicq̃d ꝑdicat̃ de vno ⁊ de altero. Peccãt parallogyſmi ĩ deuiatiõe medij a recta linea prędicamẽtali. Et hic paſſus eſt notandus.

¶ Tertius ꝓuenit ex eo ꝙ ꝓceditur ab ſpẽ ad ꝓpriũ vel ab vno ꝯuertibili ad aliđ. vt. hõ eſt riſibilis: ſʒ riſibile eſt propriũ: ergo hõ eſt ꝓpriũ. Similiter riſibile ẽ hõ: hõ eſt ſpẽs: ğ riſibile eſt ſpẽs. Non valet: qm̃ hõ ⁊ riſibile non ſunt idẽ ſcđm diffinitionẽ nec abſolute. Peccat̃ ğ ĩ variatiõe medij.

¶ Eſt etiã alius modus huius fallacię q̃ fit per dr̃iam actus nãlis ab artificiali. Et formatur ſic parallogyſmus. Oĩs ſba elementata ẽ nãlis: turris eſt ſba elemẽtata: ğ turris eſt naturalis. Non valet qm̃ turris ſcđm ꝙ ex partibus naturalib⁹ cõſtat ẽ nãlis ſba. Sed ſecũdũ ꝙ eius partes ſunt cõtiguę ⁊ aggregatę ꝑ artẽ nõ cõtinuę per nãm: eſt ipſa turris artificialis. Et ſua figura non eſt nãlis. Et hoc in ſecunda ſpẽ ſcđę reg̃lę ⁊ tertię patere põt ⁊ alia ſuomõ.

De fallacia a ſcđꝫ q̃d ad ſimpliciter.

Fallacia a ſecũdũ q̃d ad ſimpl̃r eſt deceptio ꝓueniens ex eo ꝙ dictũ ſecundum quid ſumitur ac ſi eſſet dictũ ſimpliciter. Simpliciter dictum eſt quod nullo addito dicitur. vt ſortes albus. Dictum ſecundum quid eſt quod aliquo addito di-

citur. vt ſortes alb⁹ dẽtes. In hac fallacia
tot poſſunt eſſe modi quot modis contin=
git addere alicui determinationẽ. Sed cõi
ter ſunt quinq; modi.

¶ Primus eſt qñ determiatio addita op
ponitur ei cui addit. vt. Ceſar eſt hõ mor=
tuus: ergo Ceſar eſt homo. Nõ valet. qm̃ ar=
guitur affirmatiue a p̃uatione entis ad ei⁹
poſitionẽ. Peccat aũt p medij iſufficiẽtiã.

¶ Secũs eſt qñ determinatio addita ptĩ=
net ad actũ aĩe. vt. Chymera eſt aĩal cõſy
derabile: ergo chymera eſt aĩal. Itẽ Ceſar eſt
in memoria hoĩm: ergo Ceſar ẽ. Itẽ tu hẽs fe
licitatẽ in mẽte ſeu deſyderio: ergo habes feli
licitatẽ. nõ ſeqtur defectu medij ſufficiẽtis.

¶ Tertius eſt quãdo determinatio addi=
ta ſignificat aliqd in põ. vt. in ouo eſt aĩal
põliter: ergo in ouo eſt aĩal. non valet qꝛ eſſe
in potentia magna diſtantia differt ab eſſe
in actu ſcdꝫ nãm. Et argumẽtũ deficit i de=
fectu medij ſufficientis. vt. vult ſeptima re
gula (noſtrę artis) q̃ eſt de tempore.

¶ Quartus eſt qñ determinatio addita
tangit partẽ. vt. etyops eſt albus dentes:
ergo eſt albus: non valet.

¶ Quintus eſt qñ aliqd ſecundũ ſe ẽ per
vnũ modum et tamẽ ſecundũ aliũ ẽ aliter
cõditionatũ. vt. diuitię in ſe ſunt bonę: ſed
in latrone ſunt malę. Ideo nõ valet. Diui
tię ſunt bonę: ſed fur vult diuitias: ergo
fur vult bonũ. Item. gladi⁹ eſt bonus: ſʒ
in furioſo ꝛ homicida ẽ malus. et ſimilia.

### De fallacia ignoratię elenchi.

Fallacia ignorantię elenchi eſt dece=
ptio ꝓueniens ex eo ꝙ nõ obſeruã=
tur ea q̃ requirunt ad diffinitionẽ elenchi.

¶ Elenchus aũt ẽ ſyllogiſmus iferens cõ
tradictionẽ vnius ꝛ eiuſdem nois ꝛ rei: ad
idem: ſcdm idem: ſimilr et in eodem tpe.
Elenchus qñq; eſt vnus ſyllogiſmus: quã
doq; duo. Unus eſt qñ cõcludit ꝯdictoriã
alicuius ꝓpõis prius datę. Sicut ſi detur
hęc. aliqd aĩal eſt incorruptibile. ꝛ arguat
ſic. oĩe compoſitũ ex ꝯrijs eſt corruptibi
le. oĩe aĩal ẽ cõpoſitũ ex ꝯrijs: ergo oĩe aĩal
eſt corruptibile. Sed tu dicis ꝙ aliquod
aĩal eſt incorruptibile: ergo ſequitur ꝯdictio.
Duo ſyllogiſmi cõſtituunt elenchũ qñ ex
duobus ſyllogiſmis ꝯdictorijs cõcludun=
tur duę ꝯdictorię. vt. ſi p̃dicto ſyllogiſmo
cõtraponatur hic. Nullũ beatum eſt cor=
ruptibile: aliqd aĩal eſt beatũ: ergo aliqd aĩal
nõ eſt corruptibile. Huius fallacię quat=
tuor ſunt modi.

¶ Primus peccat ꝯ hanc cõditionem cõ
tradictionis: ad idẽ. vt. duo ſunt duplũ ad
vnũ ꝛ nõ ſunt duplũ ad tria: ergo ſunt duplũ
ꝛ nõ duplũ. Deficit in diuerſitate medij va
riati ad comparationem diuerſorum.

¶ Secũs deficit ꝯ hanc cõditionem: ſcdm
idem. vt. hoc eſt ęq̃le ad duplũ ſcdm lati=
tudineꝫ ꝛ nõ ſcdm lõgitudinem: ergo eſt ęq̃le
ꝛ nõ equalę. Peccat in diuerſitate medij
capti ſecundum diuerſa.

¶ Tertius deficit ꝯ hãc cõditionem: ſilr.
vt. Celũ mouetur circulariter ꝛ nõ recte:
ergo mouetur ꝛ non mouetur. Peccat in
diuerſitate medij ſumpti diſſimiliter.

¶ Quartus deficit ꝯ hanc cõditionẽ bo=
nę ꝯdictionis: q̃ eſt: in eodẽ tpe. vt: domus
iſta eſt clauſa mane ꝛ nõ eſt clauſa ſero: er
go eſt clauſa ꝛ nõ eſt clauſa. Peccat in di=
uerſitate medij ꝯ hanc cõditionem. ſimul.
Et qꝛ oĩes q̃tuor p̃dictę cõditiones req̃=
tur copulatiue ad bonã ꝯdictionẽ quã ſo=
phiſta nititur videri cõcludere ꝯ reſpõdẽ=
tem: ideo in p̃dictis parallogyſmis ꝛ ſili=
bus licet appareat ꝙ cõcluditur ꝯdictio ꝯ
reſpõdentem: nõ cõcluditur de fctõ qꝛ in il
lis deeſt aliq̃ cõditio requiſita ad verã cõ
tradictionem: vt patuit in ſingulis.

### De fallacia petitionis principij.

Fallacia petitionis principij eſt dece
ptio prouenieus ex eo ꝙ idem ſub
alio vocabulo veſtitũ ſumitur ad ꝓbatio=
nem ſuiipſius. Principium enim hic di=
citur p̃ncipale propoſitũ ᵭ quo dubitatur.
Hęc fallacia habet quattuor modos.

¶ Prim⁹ ẽ qñ diffinitũ petit ſeu ducit ad
ꝓbationẽ diffinitiõis ꝛ eꝯ. vt. ſi debeat ꝓ=
bari ꝙ animal rõnale mortale currit ꝛ di=
catur ſic: hõ currit: ergo aĩal rõnale mortale
currit. Hic nulla eſt ꝓbatio qꝛ ęque dubi=
tatur de añte qd petitur concedi: ac de cõ=
ſequente ꝓbando. Et in hoc modo intel=
ligitur petitio principij inter deſcriptum

et deſcriptionem.

¶ Secūdus eſt qn̄ ꝓpō vlis ducit ad ꝓbationē particularis ſue. vt ſi debeat ꝓbari ꝙ oim ꝯriorū eſt eadem diſciplina ⁊ aſſeratur hec ad ꝓbationē: oim oppoſitorū eſt eadem diſciplina: ergo oim ꝯriorū eadem eſt diſciplina. Et ecꝯ qn̄ oēs particulares ducūtur ad ꝓbationē ſue vlis. vt. ſi debeat ꝓbari ꝙ oim oppoſitorū eſt eadē diſciplina ⁊ aſſumātur iſte: oiū ꝯriorū eadē ē diſciplina: oim ꝓuatiue ⁊ relatiue oppoſitorū eadē ē diſciplina. ⁊c. ergo oim oppoſitorū eadem eſt diſciplina. Hic petitur tacite ꝯcluſio in ꝑmiſſis de qbus eque dubitatur ac de concluſione.

¶ Tertius eſt qn̄ ꝯiunctū petitur in diuiſo: ideſt qn̄ diuiſim ꝓbatur qđ ꝯiunctim negatū eſt. vt. ſi debeat ꝓbari ꝙ medicina ſit ſcia ſani ⁊ egri ⁊ dicatur ſic. medicina ē ſcia ſani ⁊ medicina eſt ſcia egri: ergo medicina eſt ſcia ſani ⁊ egri. Nō valet qꝛ qui negat ꝯcluſionē pari rōne negabit an̄s predictū qđ ferme eſt idē cū eo qđ dꝫ ꝓbari.

¶ Quartus eſt qn̄ vnū relatiuū petitur vt ꝯcedatur ad alteriꝰ relatiui ꝓbationē. vt. ſi ꝓbādū ſit ꝙ ſortes ſit pr̄ Platonis ⁊ dicatur. Plato eſt filiꝰ ſortis: ergo ſortes eſt pr̄ platonis. Hic petitur aperte: licet ſub aliis verbis quod probari debet.

De fallacia conſequentis.

Fallacia ꝯn̄tis eſt deceptio ꝓueniēs ex eo ꝙ ꝯn̄s vel ſcđa ꝯ̄ia que eſt falſa putatur eſſe oīno idem cū an̄te vel cū ꝯ̄ia ꝑma q̄ eſt bona. vt exemplis declarabiꝛ. Sūt huiꝰ fallacie duo modi principales.

¶ Primus ꝓuenit ex eo ꝙ ſicut in bona ꝯ̄ia a poſitione an̄tis ſeqtur poſitio ꝯn̄tis: putatur ꝙ a poſitiōe ꝯn̄tis ſeqtur poſitio an̄tis: qđ tn̄ nō eſt verū. vt. ſi hō eſt: aīal ē: ergo ſi aīal eſt: hō eſt. Itē. ſi qs eſt adulter: eſt politulus ⁊ errat de nocte: ergo ſi errat de nocte ⁊ eſt politulus eſt adulter. Nō valent qꝛ iſte ꝯ̄ie nō ꝯuertūtur q̄ credūtur ꝯuerti.

¶ Scđs ꝓuenit ex eo ꝙ ſicut in bona ꝯ̄ia a deſtructione ꝯn̄tis ſeqtur deſtructio an̄tis: ita putaꝛ vel ꝑſuadeꝛ ꝙ a deſtructione an̄tis ſeqtur dēſtructio ꝯn̄tis: qđ tn̄ eſt fl̄m. vt. ſi qđ fuit gn̄atū: illud fuit ꝑncipiatū: ergo ſi nō ſit gn̄atū: nō fuit ꝑncipiatū: ſꝫ aīa rōnalis nō fuit genita: ergo neqꝫ ꝑncipiata: qđ ē fl̄m. Itē ſi qđ fuit factū: illđ fuit ꝑncipiatū: ergo ſi nō fuit factū: nō fuit ꝑncipiatū: ſꝫ mundus non eſt factꝰ: ergo nec ꝑncipiatꝰ. Iſte ꝯ̄ie non ꝯuertuntur: vt pretendit ſophiſta.

De fallacia ſcđm nō cām vt cām.

Fallacia ſcđm nō cā̄ vt cām eſt deceptio ꝓueniens ex eo ꝙ inter ꝑmiſſas ex quibꝰ bn̄ ſeqtur ꝯcluſio falſa: miſceꝛ ſuperflue aliqua ꝓpoſitio vera quā ſophiſta cū argumēto ad iꝓſſibile vult falſā eē oñdere ex falſitate ꝯcluſionis: ac ſi illa vera (mixta) eēt cā ꝯcluſionis: quū tn̄ nichil ad cā operetur ⁊ ſic nō ē cā. Cauſa em̄ vt hic ſumiꝛ ē qđ ē cā in inferēdo ſcđm ꝙ ꝑmiſſe ſunt cauſe ꝯcluſionis. Cauſa apparētie in hac fallacia eſt ꝯuenientia vocalis quam nō cauſa hꝫ cū aliis ꝓpōnibus q̄ ſunt cauſe ꝯcluſionis. Scđm hanc fallaciā ſic paralogyzatur. Dicit reſpōdens ꝙ aīa ⁊ vita ſunt idē. Sophiſta ſic arguit. ꝯ̄. oē ꝯriū corruptioni eſt gn̄atio. Sꝫ vita eſt ꝯria corruptioni ⁊ vita ⁊ aīa ſūt idē: ergo vita eſt gn̄atio. Ꝯcluſio eſt falſa (qꝛ ſi vita eſt gn̄atio: viuere eſt gn̄ari) ergo aliq̄ ꝑmiſſarū eſt falſa: nō pꝛia neqꝫ ſecūda (vt ignarꝰ reſpōdēs ꝑſuadeꝛ) ergo tertia. ſ. vita ⁊ aīa ſunt idē: ē falſa: quā tu reſpōdēs dicebas eē verā. Pōt ad ꝑdictū parallogyſmū ⁊ ad ſiles reſpōderi dupl̄r. Scilicet vl̄ negādo ꝯiam: quū ſyllogiſmꝰ in ꝑmiſſis nichil đbeat habere ſupfluū. Uel ꝯcedēdo ꝯiaꝫ pōt negari hec ꝑmiſſa vita ē ꝯria corruptiōi: cuiꝰ falſitas ē cā falſitatis ꝯclōis Nūq̄ em̄ ꝯclō ē falſa niſi aliq̄ ꝑmiſſarū ſuarū ex qbꝰ ipſa ſequiꝛ ſit falſa. Que oia ſignificantur in quarta regula (artis noſtre) q̄ docet ꝯſyderare cās.

De fallacia ſcđꝫ pl̄es interrogatiōes vt vnā.

Fallacia ſecundū plures interrogationes vt vnā eſt deceptio ꝓueniēs ex eo ꝙ ad multiplicē interrogationem datur vna reſponſio ſimplex eo ꝙ ſub vnius q̄ſtiōis mō ꝓponitur. Sciendū eſt hoc loco ꝙ eadē orō (mal̄r) ſecūdū ꝙ ſub dubitatione ꝓponiꝛ: dr̄ interrogatio. Prout vero ꝑ eā ſignificatur aliqđ ſimpliciter eē vel non eſſe: dicitur enunciatio. Prout ad

alterius probationē adducitur: vocatur ꝓ
poſitio quaſi ꝓ alio: puta cōcluſione: poſi
tio. Sed ſcd̄m ꝙ ꝓbatur ex alia vel alijs
dicit̄ cōcluſio. Modi hui⁹ fallacie ſūt duo.

¶ Primus eſt quādo interrogatio ex eo eſt multiplex ꝙ vnū de pluribus in ſingulari predicatur vel ecō. vt putaſne ꝙ hō et aſinus ſunt aīal rationale? Si reſpondeat̄ ꝙ ſic: procedat̄: ḡ aſinus ē aīal rōnale. Si reſpondeatur ꝙ nō: ꝓcedatur: ergo hō nō eſt aīal rationale. Deceptio p̄dicta ꝓuenit eo ꝙ ad talē interrogationē debent dari due reſponſiones ꝛ nō vna vt ſupra: ſꝫ debet rn̄deri diſtincte: hō eſt aīal rōnale ꝛ aſinus nō eſt aīal rōnale. Silr: tu eſne hō vel aſinus? Itē putaſne ꝙ etyops ſit alb⁹ ꝛ coruus ſit niger? ꝛ ſimilia.

¶ Secundus eſt qn̄ interrogatio eſt plures ex eo qꝛ plura ſubijciunt̄ vel p̄dicantur cum plurali verbo. Sicut. putaſne ꝙ mel ꝛ fel ſint dulcia? Si dicatur ſic. cōcludatur: ḡ fel eſt dulce: ſi dicatur nō: cōcludatur: ḡ mel non eſt dulce. In his ꝛ ſimilibus patet ꝙ non eſt danda vnica reſponſio: ſed plures: quū queſtio ſit multiplex.

¶ Hec arbor logicalis nō habet in ſeipſa fructum quia fructus logice colligitur in ſcientijs altioribus ad quas logica ordinatur tanꝗ inſtrumentum ad opus.

¶ Finis ad laudem dei.

Figura hec debet figurari ſicut quarta figa artis generalis.

B. ſignificet differentiam: vtrum.
C. concordantiam: quid.
D. contrarietatem: de quo.
E. principium: quare.
F. medium. Quantum.
G. finem: Quale.
H. Maioritatē: Quando.
I. Aequalitatem: Ubi.
K. Minoritatem: Quomodo ꝛ cū quo.

¶ Nunc p̄mū impreſſum in celebri Academia Cōplutēſi: in officina laudatiſſimi Chalcographi Arnaldi Guillermi Brocarij. Anno ab ortu ſalutis nr̄e. M. D. xviij. in vigilia aploꝝ Symonis ꝛ Iude.



BI

TOLEDO
BIBLIOTECA PROVINCIAL
Sala Reservado
Número 34

D RAYMUN
LULLI
LOGICALIA

Res.
34